

conject. lib. 5. tit. 12. num. 2. & seq. & Spino d. glossa 23. num. 27.

Ibi: Nam si relinquuntur alicui minori alimenta, &c.

Alimenta minori relicta in tempus pubertatis, locum habere in masculis, usque ad decimum octavam annum, in femina usque ad quartum decimum ex text. in leg. *Mela*, ut noster Gomez docet, certissima est resolutio, ut constat ex latè deductis per Menochium de *presumptionibus* lib. 4. *presumptione* 157. num. 37. Petrum Surdum in *tractatu de alimentis*, tit. 7. privilegio 8. ubi num. 8. limitat, præterquam si relinquuntur diviti, quia tunc finientur pubertate duodecim, vel quatuordecim annorum: vide eum ibi, & iterum in *titul. 9. quest. 30. num. 49.* ubi de intellectu dicta leg. *Mela*, & Corralium in leg. *prebicus*, *Codic. de impuberum*, & aliis, num. 8. & Suarez in leg. *quoniam in prioribus*, ampliatione 3. in fine. & Efcobar. in *tractatu de computationibus*, computat. 4. cui non placuit dicta distinctio Petri inter divitem, & pauperem facientis discrimen: vide etiam Narbonam de *estate*, anno decimo octavo. quest. 1.

4 Ad num. 2. ibi: Requiritur sex principalis requisita, &c.

Ocho requisita ad valorem substitutionis pupillaris ponit Castillo in leg. 32. *Tauri*, verb. *Pupillar*, & Gregor. in leg. 5. *titulo quint. part. 6. g. off. 6.* & Tufchus *conclusio* 822. tit. 8. & alii pures relati à Fusario *tractatu de pupillari*, g. 118. qui addunt pro septimo requisito, quod pater sibi faciat testamentum; & pro octavo, quod ante mortem testatoris filius non exeat ejus potestatem: Pichardus in principio *Instit. hoc titulo*, & in §. *non solum autem*, & in §. *liberis autem*, ubi eadem latè prosequitur, eum vide, & Petrus Gregor. in *synag.* lib. 42. cap. 23. ubi novem requisita ponit, & pro nono, ut substitutus possit, & velit pupillarem hereditatem accipere, quod magis ad executionem, quam ad valorem substitutionis pertinere, mihi videtur.

Ibi: Sexto requiritur quod adeat hereditas ex testamento patris, &c.

Hoc requiritum non esse necessarium hodiè ex text. in leg. 1. *titul. 4. lib. 5. Recopil.* tenent Gregorius Lopez, in l. 2. verb. *Entrar la heredad*, *titul. 7. part. 6.* & in leg. 10. verb. *Se desatavia*, tit. 5. eadem *partita*, Colta in *cap. si pater 3. parte*, verb. *consendum*, numero 18. & verb. *Defertur*, ex numero secundo, ubi de existentia sui hæredis, de quo etiam latè Fusarius de *pupillari*, *questione* 132. Merlinus de *legitima*, lib. 1. *titul. 2. quest. 13. num. 3.* ubi quod valet facta in codicillis, Burgos de Paz in leg. 2. *Tauri*, *conclusio* 6. num. 836. Tellus *ibidem*, *tertia parte*, numero 8. Benedictus in *cap. Raynuius*, verbo *Mortuo itaque el primero*, numero 339 idem Tell. 4. *parte numero* 19. Matienzo in *dicta leg. 1. tit. 4. g. offa* 14. *numero* 83. & 84. Gutierrez libro 2. *practicar. quest. 30. numero* 4. Suarez *receptorum sententiarum verbo*, *Hereditas*, Pichardus in *relección* tit. ff. de *acquirenda hereditate*, cap. 30. numero 10. & seqq. ubi numero 15. explicat, & probat quod nec aditio venientium ab intestato requiritur, licet contrarium nempè aditionem saltem venientium ab intestato necessariam esse, defendant Cevallos, & ab eo allegati, *questione* 103. numero 13. & sequent. & Azvedo in *dicta leg. 1. numero* 136. latissimè disputans ex numero 120. & alii plures relati à Pichardo *dicta cap. 30. numero* 13. & Suarez *suprà*, vide etiam

infrà cap. 5. in *additionibus ad num. 8.* & iterum Pichard. *suprà cap. 19. numero* 71. ubi an tabulæ pupillares solà sui hæredis existentia confirmantur, & an hæc substitutio possit fieri in codicillis? Gratianus *regula* 74. num. 1. & an revocari possit in codicillis Cevallos *quest. 164.*

Ibi: Ex quibus infero generaliter, &c.

Non nisi constitutus in potestate substitutionem pupillarem fieri posse, explicant latissimè præter ordinarios in locis relatis à Gomezio *suprà*, numero 1. Menchaca de *succession. creat.* §. 21. ex numero 265. Segura in l. *coheredi*, §. cum *filia*, num. 8. ff. de *vulgari*, Grassus de *successionibus*, §. *substitutio*, *quest. 23.* Covarruv. in *cap. Raynuius*, §. 5. ex numero 1. Gregor. in leg. 5. *part. 6. verb. Ensa poder*, Cevallos *questione* 617. num. 2. & multis relatis, Spino de *testamentis glossa* 23. num. 17. & seq. ubi agit de filio naturali, & de arrogato, & de filio Judæi, hæretici, schismatici; de quo Gregor. *suprà*, *dicta glossa* 5. & Fusarius *dicta questione* 118. Mantica de *conjecturis ultim. volunt.* lib. 5. tit. 9. numero 4. Surdus in *tractatu de alimentis*, tit. 1. *questione* 18. num. 5. Valacius *consultatione* 151. ubi etiam an filio naturali possit fieri hæc substitutio, Colta in *cap. si pater*, verb. *Habens*, & in §. *quid sit animum*, numero 66. ubi quomodo mater possit aliquid concipere quod habeat speciem pupillaris: Capra in *communibus*, verb. *Substitutio pupillaris*, Castillo in l. 3. *Tauri* verb. *Pupillar*, Molina de *justitia* *tom. 1. disp. 184.* ubi numero 7. agit de milite substituente, Merlinus de *legitima*, lib. 3. tit. 2. *quest. 13. num. 12.* ubi etiam de matre an possit substituere.

Alco autem patria potestas in pupillari substitutione requiritur, ut etiam in milite substituente procedat, ut contra Accursium, & alios docet Colta, in *cap. si pater*, 1. *parte*, verb. *Habens*, ex numero 7. & cum, & alios referens Pichardus in principio, *Instit. hoc titulo*, ex numero 58. usque ad 66. vide declarat. text. in l. *miles* 114. §. *exheredato*, ff. de *milite*, *testament.* in quo contraria opinio nitebatur. Et ibi ex numero 20. agit, an patria potestas sit necessaria tempore testamenti, & mortis? Et Gregor. Lopez *suprà*, *titul. 1. §. & Fusarius d. questione* 118. numero 23. & seqq. ubi duas contrarias communes opiniones refert, & Cevallos *quest. 617.* apud quos magis obtinuit sufficere patriam potestatem tempore mortis, eos vide, & Molinam de *just. tom. 1. disp. 184. numero* 1.

Nec contra dictam resolutionem facit negotium, sublatam potestatem emancipationis, & patriæ potestatis, ut dictum fuit cap. 1. n. 4. *suprà* in *additione ad illum numerum*. Quia id procedit ab intestato, non verò ex testamento, ut ibi fuit dictum.

An autem si filius exeat à potestate captus ab hostibus, spes tamen est, quod reincidat per fictionem, hoc sufficit, ut ei possit substitui? vide Cevallos *quest. 279.* ubi etiam alia, & Capram in *communibus* verb. *Substitutio pupillaris*, & Fusarium *dict. questione* 118. numero 41. ubi cum multis docet sufficere.

Et an si fiat hæc substitutio extraneo valideretur per arrogationem? vide Cevallos *quest. 117.* Fusarium *suprà*, num. 41. & seqq. ubi resolvit cum communi quod sic, saltem de jure prætorio. Et de hæc substitutione facta extraneo, Colta in §. *quid sit animum*, 4. *part. n. 13.* & seq.

Ibi: Item infero quod hodiè de jure Regio ex l. 48. *Tauri*, &c.

Pro

doctrina nostri Gomezij adde eandem in *dicta* l. 48. & Covarruv. in *cap. 2. de testamentis*, Palacios Rub. in *repetitione*, cap. *per vestras*, in *rubrica*, §. 56. numero 4. Gregor. in l. 1. tit. 5. *part. 6. glossa* 4. ubi in fine *Glossa*, ponit casum, in quo avus substituit pupillariter nepoti, vide etiam Pinellum de *bonis matern.* in *rubrica*, 2. *parte*, numero 19. Gutierrez de *juramento confirm.* 1. *parte*, cap. 3. numero 58. Baëzam de *non meliorand. dotis ratione* *filial.* cap. 7. numero 21. Azvedum, & Matienzum l. 8. tit. 1. lib. 5. *Repilar*. Otaloram de *nobilitate*, *part. 1. cap. 7.* Spinum de *testamentis*, *glossa* 23. num. 13. Cancernum 31. *part. variarum*, cap. 11. numero 108. ubi quod valet substitutio pupillaris facta filio ex matrimonio putativo.

Ex dictis inferitur, quod cum professus non habeat filios in potestate, non poterit eis substituere pupillariter, licet vulgariter, per fideicommissum, vel compendio possit, ut cum Colta, Gregor. & aliis resolvit Sanchez in *samma*, lib. 7. cap. 9. num. 34. & 35.

Ad numer. 3. ibi: Pater potest facere substitutionem pupillarem filio exheredato, &c.

Substitutionem pupillarem non solum filio instituto, sed exheredato fieri posse, notum est, ut hic probatur, & constat ex l. 6. verb. *Maguer* *te des heredes de lo sayo*, *titul. 5. part. 6.* cojus rationem tradit Gutierrez in §. *sui*, num. 129. Fusarius latè *dict. quest. 118.* ex numero 51. ubi ampliat, & limitat plures referens. Sed verum non est per exheredationem tolli suitatem, vel patriam potestatem, ut hic supponitur; ut probat eleganter Pichard. in principio *Instit. In titulo*, num. 68. & sequent. ubi optimè satisfacit argumentis, quæ in contrarium adducuntur. Et an substitutus filij exheredati possit gravari, si pater filio exheredato aliquid legavit, vide Gregorium in l. 3. *titul. 9. part. 6. glossa* 8. & Fusarium de *substitutionibus*, *quest. 299. num. 23.* & seq.

Ibi: Hodiè tamen, &c.

Distinctionem nostri Gomezij, an pupillus sit doli capax, vel non, sequuntur communiter Doctores, quos in unum congerit Trentacinius de *substit. 2. parte*, cap. 14. numero 6. & Alvarado de *conjecturata mente defuncti*, lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 2. & alij relati à Valdes. in *additionibus ad Suarez* in l. *quoniam in prioribus*, in principio, *versic. Fundatur hac sententia*, & plures relati à Fusario *dict. quest. 118. num. 63.* infans enim cum ingratitude causam committere non possit, exheredari non poterit, ut infra dicitur suo loco, & resolvit Menchac. de *successionum progressu*, lib. 2. §. 14. num. 130. Pichardus tamen in §. *non solum*, *Instit. hoc titulo*, ex numero 22. indistinctè resolvit substitutionem pupillarem valere factam filio impubere exheredato, licet in eo statu sit ut causam ingratitude committere non possit, eum vide, & Tufchum. *lit. S. concl. 821. num. 5.*

Ad numerum 4. ibi: Hodiè tamen de jure novo *Authenticorum*, &c.

Resolutio nostri Gomezij in presenti nempè, substitutionem pupillarem filio præterito, vel exheredato sine causa factam valere, comprobatur ex his quæ diximus *suprà* cap. 4. in *additione ad numerum* 24. *super versic. Item etiam conservatur substitutio pupillaris*, &c. & vide Gregor. in l. 10. tit. 5. *part. 6. gloss. 15.* & 17. & Fusarium in *tractatu de substit. quest. 119.*

ubi plurimos refert, & Molina de *justitia*, *tom. 1. disp. 184. numero* 12. Pichard. in l. *Gallus*, & vide etiam Tufch. *lit. S. conclusio* § 9. num. 3. ubi contrarium tenet.

Ibi: Sed adde quod hodiè de jure Regio, &c.

Vide quæ diximus *suprà* ad numerum *secundum*, *versic. Sexto quod adatur hereditas*, &c.

Ad num. 5. ibi: Breviter dico quod non, &c.

Statuto prohibente, ne minor viginti quinque annis possit testari, quod pater hoc casu non valet ei substituere post pubertatem, tenet cum nostro Gomezio Trentacinius de *substitutionibus*, *part. 2. cap. 8.* & Paulus Leonius de *pupillari substitutione*, num. 95. & seq. Capra in *communibus*, verb. *Substitutio pupillaris*, Intrigliolus de *substit. centuria* 1. *questio* 64. & in hoc duas contrarias opiniones adducit Fusarius eodem *tractatu*, *quest. 102. num. 6.* & seqq. ubi declarat, & num. 12. ait, quod si per statutum ætas pupillaris esset restricta ad minus tempus, etiam substitutio pupillaris censetur restricta ad illud tempus pro quo allegat Mantianam de *conject. ultim. volunt.* lib. 5. tit. 9. num. 1. & seqq. & alios.

Ibi: Limita tamen si pater, &c.

Quod pater non possit filio substituere pupillariter, si sit persona turpis & abjecta, tenent Marcus de Mantua *singulari* 530. num. 2. nihilominus tamen certior videtur contraria opinio, quam explicat Suarez *hic lit. E. in annotationibus*, & eam tenent Alvarad. de *conjecturata mente defuncti* lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 2. & Gregor. Lopez in l. 5. *titul. 3. p. 6. glossa* 2. in fine, ubi etiam quod pater pauper, & mendicus, poterit filio valdè diviti substituere, ut probat Spino de *testamentis glossa* 23. num. 6.

Ad numerum 6. ibi: Sed nunc in lectura ordinaria, &c.

Substitutionem pupillarem inutiliter factam in terminis hujus questionis converti in fideicommissariam, ut hic resolvitur, receptissima doctrina est, quam tenent multi relati per Valac. *consultation. 54. num. 6.* & itidem eam docet noster Gomezius in l. 3. *Tauri*, num. 88. Iterumque idem Valacius *consultat. 151. latè* & Mantica de *conjecturis ultim. volunt.* lib. 7. tit. 3. ex numero 3. Gregor. in l. 5. *titul. 5. Molin. de justitia*, *tom. 1. disp. 284. num. 23.* Alvarado de *conjecturata mente defuncti*, lib. 1. cap. 2. §. 1. numero 26. *versic. Inutilis ergo*, Suarez in l. *quoniam in prioribus*, *limitat. 1. num. 4.* in principio, ubi etiam dicit, quod facta à matre convertitur in fideicommissariam, in eo quod excedit legitimam, non autem in ipsa legitima, quod etiam disputat Menchac. de *successionum creation.* in l. *quoniam in prioribus*, num. 413. Ceval. *quest. 765. ex numero* 13. Tufch. *lit. S. conclus. 782. numero* 34. & *questi per totam, & concl. 822. num. 7.* & seq. Menochius lib. 4. *presump. 55. num. 11.* & per totum, & plures referens idem Cevallos *quest. 159. in principio*, & Fusarius in *tract. de substit. quest. 8. num. 5.* & sequent. ubi etiam contrarias opiniones adducit cum declarationibus, & limitationibus: eum videas & Vaconium lib. 4. *declaras juris*, cap. 64. ex num. 11. & Paulum Leonium de *substitutione pupillari*, num. 90. & 101. & Gutierrez de *juram. confirm.* lib. 2. cap. 2. num. 18. ubi quod interveniente juramento, substitutio quæ non potest valere jure directo, obliquatur. Mihi tamen juri consona videtur distinctio, & explicatio Suarez hic, in *suis annotationibus lit. F.* Pro exornatione hujus legis, & confirmatione doctrinæ

& vide Cancr. 1. part. cap. 1. num. 63.
Ibi: *Quis facit pulchram, & subtile fundamentum* &c.

Pupillum posse alienare bona in præjudicium subdituti, observatis solemnitatibus juris, ut hic resolvitur tenent Menchaca de *Successionum progressu* §. 15. in fine, Padilla in *auth. res qua. Cod. communia de legat. & fideicom. numero 14.* communem asserens, & alij plures relati & sequuti à Fulario in *tract. de subst. quest. 154.* ubi numero 3. cum Alexand. in *dicta auth. res qua. Benedic. in cap. C. Raynuius*, in materia de pupillari, num. 85. & aliis advertit, quod si alienatio facta fuerit absque iusta causa, quamvis cum decreto iudicis, poterit illam revocare subditutus.

Ibi: *Confirmatur etiam, &c.*

Quod directæ institutio facta in codicillis, vel testamento imperfecto cum clausula codicillari, convertatur in fideicommissum, ut hic dicitur, tenent Gregor. Lopez in *leg. 2. tit. 2. part. 6. verb. Derechamente*, Suarez in *l. quoniam in prioribus*, limit. 1. n. 23. Molin. de *primogenitis*, lib. 2. cap. 8. num. 38. latè Azevedus in *l. 3. tit. 4. lib. 5. Recopil. numer. 38.* & sequ. ubi disputat quid iure Regio? & latè Pichard. in *§. codicillis autem, Institut. de codicillis*, num. finali & per totum.

De explicatione *l. Scævola*, hic allegata, vide Spinum, in *speculo testamentorum*, glossa 22. numero 7. & glossa 32. num. 10. & 13. Oualdum ad Donel. lib. 7. cap. 17. in notatis litera E. Pichardum in principio *Instit. de vulgari*, num. 12. & d. §. codicillis autem, de codicillis, numero 27. qui alios referunt, & præter eos vide allegatos supra, hoc num.

9 Ad num. 7. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Pupillarem substitutionem excludere matrem & successione filij, notissimum receptissimumque est; licet nonnulli contrarium asserant, ut apparet ex Trentacinq. de *substitutione*, part. 2. cap. 16. Oualdum ad Donel. lib. 19. cap. 5. in notatis, litera A. Afflicti decisi. 310. & ibi additionator Ursi. & decisi. 38. num. 3. Rota apud Farinacium 1. part. decisi. 639. num. 4. Tusch. lit. S. concl. 810. latissimè ampliatis, & limitatis, Costa in cap. si pater, verb. *Consensum*, num. 21. ubi an mater possit excludi in codicillo, pupilli nomine facta? Fachinaus lib. 4. *controv. cap. 42.* Paul. Leon. de *substituti. ubi de pupillari*, num. 236. & sequentibus; Mantica de *conjecturis ultimar. volunt. lib. 5. tit. 11. num. 14.* Tiraq. glossa 5. post *leges connubiales*, num. 60. Surd. decisi. 273. num. 2. & per totam, ubi plures refert Suarez in *thesauro receptorum, verb. Substitutio pupillaris expressa*, Menoch. lib. 4. *presumpt. 38.* Cevallos tom. 1. *communium opinionum*, qu. 70. & alij plures congesti per Fularium in *tractatu de substitutionibus*, quest. 156. num. 1. Matienzo junior in *l. Papinianus*, §. *sed nec*, ex num. 20. ubi de exclamatione avi, & fratris, & aliorum, de quo etiam latè Fularius g. 16. & duabus sequentibus. Scaccia de *iudiciis*, lib. 2. cap. 9. ex num. 1319. & in tantum hoc procedit, quod etiam à legitima excludatur mater, ut probant Tiraqu. *dict. gloss. 5. post leges connubiales* num. 60. Gratianus *disceptationum*, cap. 75. num. 15. & 27. Petrus Gregorius in *synagmate*, lib. 42. cap. 19. Mantica *dict. tit. 11. lib. 5. num. 14.* & tit. 15. num. 37. Spino in *speculo testamentorum*, ubi de pupillari, num. 18. Cevallos *dict. qu. 70.* Scaccia ubi supra, & ferè omnes supra citati quamvis Menochius *dict.*

presumpt. 38. num. 4. cum Cortasio, & aliis, contrarium teneat; cui satisfacit Fachinaus supra, & idem docent quamplurimi relati per Fularium *dict. qu. 156. num. 14.* Gregor. Lopez, l. 7. tit. 5. part. 6. *gloss. 3.* ubi addit, quod si mater esset inops, ita ut non haberet alimenta, posset agere contra subditutum pro eis consequendis, ut docet Covarruv. cap. cum *esses*, de *testam. n. 11.* Matienzo Junior, §. *sed nec*, num. 107. & cum aliis Fularius supra, num. 24. Ceval. *dict. qu. 70. nu. 7.* Rota apud Farinac. 2. part. dec. 373. ubi n. 3. & sequentibus agit de illa questione: An substitutio pupillaris verbis communibus facta, sit directæ, ita ut comprehensa in compendiosa excludat matrem etiam à legitima, vel potius fideicommissaria de quo etiam videndi sunt Mantica de *conjecturis*, lib. 7. tit. 3. ex n. 19. & alij relati à Fulario supra, n. 5. ubi affirmativam tenet, de quo etiam dicitur infra cap. de *Compendiosa*. vide etiam Carlevalium de *iudiciis*, tom. 2. *disputat. 25. num. 11.* & 27.

Ampliatu dicta resolutio etiam tu pis persona fuerit subdituta, Fularius *ibidem* num. 9. de quo etiam inf. à hoc numero, & Costa in cap. si pater, verbo, *Bona omnia*, ex n. 7.

Ex supra d. eis inferitur, quod ad ipsum substitutum pupillarem spectat primo loco onus petendi tutorem impuberi, non ad matrem, ut resolvunt Antonius Gabriel, *tit. de tutelis*, conclus. numero 63. & plures referens Gattier. *tract. de tutelis*, 1. part. cap. 16. n. 111. & num. 46. *ibidem* & numero 132. ubi limitat & Tuschus *in l. tera S. conclus. 820. num. 52.*

Ibi: *Ex quo infero plura non abilia, primo, quod pater, &c.*

Licet secundum nostrum Gomezium, pater possit sine iuramento renuntiare successioni filiorum, verius tamen est non posse sine eo, ut probat Tellus Fernandez in *leg. 6. Tauri*, n. 64. Molina de *primogenitis*, lib. 2. cap. 3. num. finali, & cum eis Azevedus in *l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil.*

Ibi: *Nec placet opinio, &c.*

Tutissimum esse substitutum pupillarem in foro conscientie, ut hic resolvitur contra Archidiaconum, tenuerunt doctissimus Covarruv. in cap. cum *esses*, de *testamentis*, num. 11. Andreas Fachinaus lib. 4. *controversiarum*, cap. 42. Paulus Leonius de *substitutione pupill.* num. 238. Spino in *speculo testamentorum*, gloss. 23. num. 17. Gregor. Lopez in *dict. leg. 7. tit. 5. part. 6.* & plures referens Matienzo in *lib. 1. gloss. 10. num. 45. tit. 4. lib. 5. Recopil.* Parladorius in *suis quotidianis*, differentia 12. §. 1. num. 25. ubi etiam concludit, tunc tantum habere locum Archidiaconi opinionem, quando pater substituit filio personas infames, de quo Matienzo Junior, §. *sed nec* n. 30. Cevallos plures referens in *dict. quest. 70. tom. 1. num. 6.* Et vide de hac questione Fularium latissimè *dicta quest. 156.* ubi duas communes, & contrarias opiniones adducit, num. 18. & seq. ubi bene ampliat & declarat, & Molinam de *justitia*, tom. 1. *disputatione 184. nu. 18.* & an spurius possit succedere per substitutionem pupillarem, vide Caldas in *l. si curatorem*, §. *sua facultate*, numero 22. & 23. & Soula in *repetitione leg. famina*, 1. parte, numero 128. Matienzo *l. 2. tit. 6. gl. 3. §. 3. leg. 11. glossa 1. lib. 5. Recopilationis.*

Ad num. 8. ibi: *Secus vero in tacita, &c.*

Matrem non excludi per tacitam pupillarem, 10 ut hic resolvitur, communis est opinio, ut constat ex Fachinzo *lib. 4. controversiarum*, c. 40.

& 41.

& 41. & latius *lib. 13. cap. 76.* ubi responderet argumentis in contrarium adductis, Menoch. *lib. 4. presumpcione*, §. n. 39. & *presumpt. 40.* ubi enumerat plures conjecturas, ex quibus mater excluditur ex tacita pupillari, Tusch. *lit. S. conclusione 806.* & 820. ubi alias ponit limitationes, Mantica de *conjecturis ultim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 14.* & *lib. 12. tit. 16. numer. 7.* Alvarado de *concl. arata mente defuncti*, lib. 21. cap. 1. §. 2. num. 27. Matienzo juniore, in §. *sed nec*, n. 93. Tiraqu. *glossa 5. post leges connubiales*, num. 60. Bernard. Diaz, *regul. 714.* Capra in *communibus*, verbo, *Substitutio pupillaris*, ubi de patre, & avia, quod non excludantur, & ab Spino in *speculo testamentorum*, glossa 23. *principalis*, numero 19. ubi etiam agit, an pater excludatur per eam, avo substituente, de quo videndus Paulus Leonius de *pupillari*, numero 243. & sequentibus, & Menoch. *presumpcione 39. num. 90.* lib. 4. Item pro opinione nostri Gomezij videndus est Cevallos, *questione 70. nu. 11.* ubi num. 4. limitat, præterquam si tacita pupillaris comprehendatur in breviloqua, quia tunc habetur pro expressa, & matrem excludit: Secundo limitat, quando substitutum est de liberis testatoris, per hanc enim etiam excludi matrem asserunt, & si etiam tenet Surdus in *tractatu de alimentis*, tit. 2. *questione 15. num. 166.* Gutierrez in *repetitione capit. quomodo pactum*, verbo, *Nullam ad bona paterna regressum habeat*, num. 7. & 8. ubi etiam limitat præterquam si frater; vel pia causa sit substituta. Videndus est etiam in confirmationem sententiae Gomezij Fularius plurimos referens, in *tractatu de substitutionibus*, *questione 137.* ubi limitat, ampliat, & declarat latissimè, & Molina de *justitia*, tom. 1. *prim. disput. 184. numero 19.* & Thomas Sanchez de *matrimon. libro septimo. disput. 88. numero 27.* Carlevalius de *iudiciis*, tom. secund. *disputatione 25. numero 21.* & Caneceus *variaturum*, prima part. cap. primo, n. 19. & sequentibus. Merlinus de *legitima*, lib. 3. *tit. 2. §. 14.* ex numero 72. & sequentibus, ubi numero 74. advertit quod in casu quo mater est inops, & excluditur, potest agere adversus substitutum pro alimentis.

Contrarium tamen opinionem imo matrem excludi per hanc tacitam pupillarem, tenent alij plures non inferioris auctoritatis, quos referant, & in unum congerunt Menochius, Spino, & reliqui supra allegati, & etiam quos refert Fularius *dicta questione 137. numer. 4.* & Donellus in *leg. precibus*, numero quinta. *Codic. de impuberum*, & aliis, Anton. Faber. *libro 15. cap. 9. conject.* hæc sententia videtur tenenda hodie ex text. in *leg. quint. titulo 5. part. 6. vers. Illo es por raxon de la callada substitucion pupilar*, ut docet Pichardus in *relectione ad hunc tit. ff. de vulgari*, c. 20. numero 10. quem etiam videas in *cap. 19. numero 97.* ubi de tacita pupillari latè, & sic videtur cessare illa controversia celebris: An pupillaris tacita contineatur in expressa vulgari, matre vivente, quam latè disputavit Fachinaus *lib. 10. controversiarum*, cap. 21.

Ibi: *Constat etiam, &c.*

Quod substitutio vulgaris facta etiam in unum casum voluntatis, vel impotentie, contineat tacitam pupillarem, etiam in alio casu ad quem extenditur, certissimum est, ut probant cum multis Menochius, *lib. 4. presumpt. 36. num. 13.* Grassus §. *substitutio*, quest. 11. *numer. secund.* Ant. Gomez. *Variarum Resol. Tom. 1.*

Menchaca de *successionum progressu*, paragraphi. 18. numero 42. Fularius de *substitutionibus*, quest. 28. num. 2. & alibi remanet dictum.

Ad num. 9. ibi: *Secus vero in tacita substitutione vulgaris, &c.*

Matrem excludi per substitutionem vulgarem tacitam comprehensam in pupillari expressa, ut hic resolvitur, docent Cardinalis Tuschus cum alijs *litera S. conclus. 807.* & receptam esse sententiam asserit Menochius *lib. 4. presumpcione 37.* ubi etiam latè disputat, an idem sit in substitutione vulgari partim tacita, partim expressa, & sine dubitatione esse affirmat, Mantica de *conjecturis ultimar. volunt. lib. 5. tit. 4. num. 6.* & sequentibus, ubi explicat, & ibi num. 5. probat quod hæc tacita vulgaris minime excludit matrem ipsius testatoris, referens plures pro hac parte, Covarruvias in *cap. Raynuius*, §. 4. in fine, Cevallos tom. 3. *questione 751. num. 8.* Scaccia de *iudiciis*, lib. 2. cap. 9. num. 1324. & plurimos referens Fularius de *substitutionibus*, *questione 60.* quem videas. Molina de *justitia*, tom. 1. *disput. 184. numero 20.* Et ibi declaratur, quod licet excludat matrem pupilli, non tamen excludit matrem testatoris, quin potius si pupillus ante testatorem decedat non adita hereditate, eamque non transmittat, testatoris mater sit præferenda, nisi substitutus esset ex descendibus testatoris; de quo vide Fularium *quest. 61.* ubi plures pro hac parte refert, & declarat, & de hac tacita vulgari comprehensa in pupillari, vide latè Pichardum in *relectione ad titulum*, ff. de *vulgari*, & *pupillari*, cap. 19. ex num. 94. & per totum.

Ibi: *Ex quo valde subtiliter infero, &c.*

Vide dicta supra, capis. 3. in *additionibus* ad num. 26.

Ad num. 10. ibi: *Quando expresse, vel tacite, &c.*

Ex conjecturis, conjecturataque mente testatoris posse matrem excludi per substitutionem pupillarem tacitam, ut hic resolvitur, docent, multaque præsumptiones ad hoc congerunt, specialiterque adductas à Gomezio, Cortasio in *leg. precibus*, *Cod. de impuberum & aliis*, Berouius in *capite Raynuius*, numero 452. Benedictus *ibidem*, verbo, *Si absque liberis, el segundo, num. 92.* Et in specie quando filius est substitutus, disputat Fachinaus, *cap. 41. lib. 4.* contra nostrum Gomezium tenens, Mantica de *conjecturis ultimar. volunt. libro 5. tit. 15. per totum*, Costa in *capite si pater*, 2. part. verbo, *Superstiti matre*, numero 10. & sequentibus, & verbo, *Ipsi pauperibus*, num. 5. Alvarado de *conjectur. ment. defuncti*, l. 2. cap. 1. §. 2. num. 27. ubi de pia causa substituta, & plures referens Trentacinq. de *substitutione*, 1. part. cap. 12. num. 22. Menochius *lib. 4. presump. 39.* ex num. 40. usque ad finem, & *presumpcione 40.* latissimè. Et duobus testibus posse probari declarationem voluntatis conjecturatae testatoris, asserunt ex Bartol. communiter in hoc casu Tuschus *lit. S. conclus. 806.* ubi conjecturas plures refert Molina de *justitia*, tom. 1. *disput. 184. num. 21.* & vide Cancericum *variaturum* 1. part. c. 1. ex num. 20. At cum supra in *additione ad num. 8.* regulariter per tacitam pupillarem excludi matrem dictum fuerit, in hoc magis immorari superfluum videtur.

Ad numer. 11. ibi: *Contrarium tamen sentit*, 13 Barr. &c.

Per transitum ad secundâ vota, non excludi matrem

L

matrem ex tacita pupillari, secundum nostrum Gomezium tenent Lancelotus Politus in tractatu de substitutione vulgaris, in secundo effectu, num. 44. Imola in cap. Raynarius, de testamentis, num. 18. Ripa in leg. 2. ff. de regulari, n. 53. & alij relati, & sequuti à Thoma Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputat. 88. ex numer. 28. ubi n. 29. & 30. duas limitationes adducit, primam, si maritus legatum reliquit uxori sub conditione abstinentiæ à secundis nuptiis; secundam, si legatum annuum illi reliquerit donec vitam vidualem servaverit: ex quibus colligit Thomas Sanchez, quod cum in his casibus testator ita exofas habuerit secundas nuptias, ut propter eas expresse eam privaverit legatis, etiam bonis pupilli privata debet intelligi. Eandem principalem resolutionem tenuit Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 5. titulo 15. numero 28. & 29. ubi latè probat, Contrariam tamen partem defendunt Menochius lib. 4. presump. 39. numer. 65. alios referens, & Tufchus lit. S. dict. conclus. 806. n. 4. & hoc nos affirmare debemus, secundum opinionem adductam sup. in additione ad numer. 8. ubi videas & infra hoc cap. ad finem, & Suarez alleg. 2.

14. Ad numerum 12. ibi. Breviter, & resolutivè dico, &c.

Gravare posse patrem ipsum substitutum pupillarem, vel successorem pupilli ab intestato, etiam in legitima pupilli, modò in pupillari ætate decedat, ut Gomez noster resolvit, receptissimum est: ut videri potest per Valdesium in additionibus ad Rodericum Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 1. versio. Sextus casus, qui plures refert, Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 7. tit. 3. numero 14. & lib. 8. tit. 3. ex numer. 1. Covarruv. in cap. Raynarius, §. 5. numero 5. Sarmientum lib. 8. selectar. in l. cum patronus, numero 8. Cevallos, questione 236. Cujacium lib. 12. observationum. c. 27. Molina de primogen. l. 2. cap. 4. num. 17. Azceved. l. 1. tit. 8. l. 5. Recopilat. num. 20. Cancer, variarum, 1. part. cap. 1. num. 31. Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. numero 9. & 10. ubi resolvit quòd si non constet an gravamen pupillo, an verò venientibus ab intestato injunctum sit, in dubio potius venientibus ab intestato injunctum esse, præsumendum est, ut valeat; Roderic. in dict. l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 20. Ubi Valdesius duas communes contrarias ponit in versio. Septimus casus est; multos referens quem videas ibi, & in allegat. 1. num. 16. Fachinæus lib. 5. c. 66. & lib. 13. c. 67. Suarez in thesuro receptor. verb. Substitutus pupillaris, Villalobos in suis communibus, eodem verb. Sardus decis. 272. num. 10. Costa in cap. si pater. verb. Eidem filio, & tertia parte, in verb. Potest, num. 6. ubi latè agit de questione, An substitutus pupilli exhereditati possit gravari, Molina de justit. tom. 1. disput. 184. numer. 24. Costa in cap. si pater. questione fideicommissaria, questione 299. ubi etiam ex numer. 23. declarat prædictam questionem, An à substituto pupilli exhereditati legari possit, vel à venientibus ab intestato: & per totam questionem disputat, An fideicommissum præsumatur relictum à pupillo, vel à substituto, & quis eorum præsumatur gravatus, & in questione 298. ubi latè explicat materiam hujus numeri, & questione 655. & idem questione 148. & 149. quem allegare sufficiebat, sed præter eum, & reliquos, vide Richardum latè in re-

lectione ad titulum, ff. de legatis 1. cap. 7. num. 13. 31. & 34. & seq. ubi num. 37. docet quòd si substitutus pupillaris sit etiam hæres patris gravantis, valet gravamen quasi hæredi testatoris, non pupilli impostum; ex text. in l. planè, ff. de legatis 1. & an ipsa substitutio pupillaris censetur gravamen in legitima; vide Costam in c. si pater, verbo, Debita, ex numer. 13. & seq. & Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 2. quest. 13.

Ad numerum 13. ibi; Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Substitutum pupillarem per verba directa, non obliqua, in uia re, vel fundo, universa bona pupilli, & testatoris consequi, ut noster Gomezius probat; fundari potest ex iis, quæ diximus supra, cap. 2. in additione ad numerum 16. ubi de hærede in re certa instituto egimus: & præterea probatur per Alciatum in l. ff. de vulgari, n. 116. Gregorium Lopez in l. 7. tit. 5. part. 6. n. 116. Gregorium Lopez in l. 7. tit. 5. part. 6. n. 116. Gregorium Lopez in l. 7. tit. 5. part. 6. n. 116. Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 5. tit. 7. num. 26. & sequent. ubi dicit indubitabile, & bene explicat, & idem supponit ex doctrina Menochii lib. 4. presump. 34. n. 41. & expresse in presump. 48. n. 4. ubi latè in quibus bonis succedat substitutus pupillaris per totum, Surdum decisione 152. num. 9. Ripa in l. centurio, ff. de vulgari, num. 152. & sequent. Richardum in principio, Institut. de pupillari, n. 71. Et quòd decisio text. in l. coheredi, §. si ff. de vulgari, in qua fundatur superior resolutio, hoc non sit correctæ ex l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. vide eundem Pi hardum, in relect. tit. ff. vulgari & pupillari, cap. 4. ex numer. 87. latè, & plures referens, & agens de materia hujus numeri Falarium in tractatu de substitutione, quest. 116. ubi latè ampliat, declarat, & limitat.

Et quando substitutio facta est verbis communibus, ut insinuat noster Gomezius in versio. Quod tamen intelligi, & docet eundem Falarium dicta questione 11. num. 18. cum Mantica ubi supra, & cum Dilect. de ar. testandi, tit. de substitutione cautela 10. & aliis pluribus.

Velim tamen non oblitiscaris duarum limitationum quas adducit ipse Falarium supra n. 5. & 8. inter alias plures; & earum prima est, quando testator utitur verb. mihi, dicens: Si filius meus in pupillari ætate decesserit, si mihi hæres meus in tali fundo, de quo etiam Menoch. presump. 34. n. 40. Scunda, quando datus fuit alius substitutus universalis.

Solet præterea dubitari, an qui ab aliquo institutus est hæres, & impuberi ejusdem testatoris filio substitutus est, possit paternam hereditatem adire, & filij repudiare, vel è contra, de quo videndi sunt Bireol. in l. fin. de acquirenda hereditate, ex numer. 7. Cujacius lib. 18. observationum, cap. 8. Trentacinq. de substitutionibus, cap. 18. 2. parte, Gregorius in l. 8. tit. 5. part. 6. latè Gratian. in regula 202. Costa in cap. si pater, verbo Differunt, num. 17. Tufch. conclus. 823. lit. S. num. ... & novissimè Pichard. in relectione ad titulum ff. de acquirenda hereditate, cap. 28. ex numer. 75. & quasi per totum, & quamvis Falarium paucis hanc questionem resolvat, in hoc tractata de pupillari substitutione, quest. 150. affirmativam tenens; ipse tamen Richardus plures casus distinguit, eum vide.

ibi. Quod iterum subdivincellige, &c. Quod verbum commune, veluti, substitus mihi, vel

vel filio meo impuberi, si adiciatur universitati bonorum, substitutionem pupillarem efficiat, constat ex supradictis, & maxime videndi sunt Menochius presump. 34. lib. 4. num. 12. 39. & sequent. & per totam, ubi de multis formalis pupillaris substitutionis agit Mantica lib. 5. tit. 7. num. 5. 13. 17. & 18. ubi de explicatione text. in l. si ita scriptum, §. qui filio, ff. de honorum possessione secundum tabulas, de quo etiam Costa in cap. si pater, verb. Hæres, ex numer. 2. Et tertia parte, verb. de filio ad filiam, num. 16. & verbo, Pupillares, num. 2. & seq.

Quid autem è contrà si instituat pupillus in re certa, & illi datur substitutus, an hæc substitutio dicatur pupillaris; & pupillarem esse resolvit Fufar. quest. 117. cum Alexandro & Ripa in l. Lucius, ff. de vulgari, & aliis, & ibi num. 2. declarat, quando ipsa substitutio esset facta simpliciter, secus verò si substitutio facta fuisset expresse in ipsa re, cum Mantica alios referente, in dicit 7. l. 5. num. 12. vers. Amplius, &c.

Ad num. 14. ibi: Et resolutivè dico, &c.

Quòd in hac formula, Si filius meus impuberi decedat, substituo talem, pupillaris substitutio intelligatur, nisi ex aliquibus conjecturis contrarium præsumatur, ut explicat Gomezius, receptum est apud Doctores, ut constat ex Covarruv. in cap. Raynarius, §. 9. num. 1. Costa in cap. si pater, verb. Pupillaris, n. 9. Paulo Leon. in tract. de pupillari, n. 44. quos & alios refert Menoch. de presump. lib. 4. presump. 34. n. 2. & seq. quem videas & Tufchus lit. S. conclus. 818. n. 29. & 30. & plurimos referentem Falarium de substitutione vulgaris, quest. 34. num. 19. ubi num. 18. & 21. alias duas opiniones contrarias adducit, amplians & limitans, ubi etiam quòd vulgari in hac substitutione contenta, erit omninò tacita.

Quando autem adjectum fuit verbum, Quandoque, vide eundem Fufar. quest. 116. ubi refert Menochium lib. 4. de presump. 34. n. 5. Ripam in l. centurio, num. 139. & alios.

Ibi. Limita tamen, & intellige, &c.

Hæc limitatio ex Baldo desumpta, scilicet quòd quando simpliciter, & non conditionaliter testator dixit: filio meo impuberi talem substituo, sit compendiosa substitutio pluribus displicuit, ut apparet ex Alexandro in l. 2. num. 26. ff. de vulgari; Jafone in l. centurio, num. 55. ff. eodem, Benedicto in cap. Raynarius, verb. Si absque liberis, el. segundo, num. 17. Surdo in tractatu de alimentis, tit. 9. quest. 30. num. 42. Costa in cap. si pater, 3. part. verb. Pupillares, num. 13. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 34. n. 8. Falarium questione 107. num. 4. ubi num. 1. ait, quòd hæc substitutio, instituo filium, substituo Caium, supposito quòd filius sit impubes, est pupillaris, verbis generalibus expressa, cum Menoch. supra, & Costa verb. Pupillares, in c. si pater, & Covarruv. in cap. Raynarius, §. 5. num. 4. & aliis, quòd etiam tenet Tufch. d. conclus. 818.

De omnibus formalis institutionibus pupillaris, vide supra relatos hoc numero, maxime Falarium, quest. 103. & seq. usque ad quest. 117. & Gomez Bayo in praxi quest. 84. & seq. ubi plures casus practicos adducit, & Gratian. discept. cap. 528. ex numer. 12. ubi quòd pupillaris non inducitur si testator se restrinxit ad sua bona.

Ad num. 15. ibi: Breviter, & resolutivè dico quòd non, &c.

Jus substitutionis pupillaris, ut in præsentem resolvitur, quòd non transeat ad hæredes, notum est; & ita docent Mantica de conjecturis ultim. Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

volunt. lib. 21. tit. 20. num. 13. ubi dicit secundum propriam naturam non transire ad hæredes, Tufchus lit. S. conclus. 824. num. 6. Gutierrez in repetitione leg. unico, Cod. quando non petentium partes: num. 49. & 50. Pichardus in repetitione tit. ff. de legatis, c. 6. num. 66. & plures referens, Fofar. de substitutionibus, questione 164. & supponunt omnes statim referendi in limitatione, vide Cancr. 1. part. c. 1. num. 155.

Hæc autem certissima resolutio limitari solet, quando pupillaris substitutio juncta est cum jure accrescendi, tunc enim transmitti ad hæredes docuerunt Bartol. in l. unica, C. de caducis tollend. §. fin. autem aliquid, & ibi Bald. num. 8. communem dicens Rip. in l. re conjuncti, n. 202. ff. de legatis 3. & cum ea transire videntur Fach. lib. 10. controu. cap. 2. 1. Ceval. lib. 1. qu. 100. pro eaque multos refert Mantica ubi sup. d. num. 13. & Antonius Gabriel. in comm. opin. tit. de heredib. instituent. conclus. 2. ex numer. 43. & Tufch. dict. conclus. 824. n. 1. & Falarium cum aliis, dicta q. 164. n. 4. & alii qui ita explicant text. in l. qui patri, ff. de acquirenda hereditate; sed advertendum quòd hæc limitatio, & intellectus dicta legis, quamvis communis non tamen est tenendus, ut probat Gutierrez. in dict. l. unica, C. quando non petentium partes, n. 50. Pichard. in §. substituitur, num. fin. instit. de pupillari substit. & melius in dicta repetitione tit. de legatis, cap. 6. num. 63. & sequent. & alii plures ab eis relati, qui dictam limitationem respuunt.

Solet dubitari (& hoc pro complemento hujus materiae) an substitutio pupillaris evanescat per professionem patris? & verius est, quòd si pater proficatur in Religione incapaci successionis, statim admittatur substitutus: Si autem in Religione, capaci evanescat substitutio pupillaris à die professionis, etiam si testator disposuisset, quòd suum testamentum vires haberet à die professionis, ut bene explicat, & probat Thom. Sanchez in summa lib. 7. cap. 3. ex n. 4. qui etiam n. 52. resolvit, quid dicendum è contra, si filius impubes, ex dispensatione Pontificis proficatur mortuo patre. Et ibi n. 51. quid de professione facta in Ordine Militari, ubi proprium habentem quo resolvit non cessare substitutionem pupillarem, quia per professionem in tali ordine non eximitur filius à patria potestate. De quibus etiam vide Falarium, q. 124. & seq.

Item adde, quòd id quòd capit aliquis filius ex substitutione pupillari non imputat in suam legitimam: Costa in cap. si pater, verb. Eidem filio, num. 31. & seq.

Item adde, quòd substitutus pupillaris potest cum juramento pacifici super hereditate pupilli viventis, ut probat Gutierrez de juramento confirmatorio, parte 3. cap. 1. 42. quem vide.

Item adde, quòd si quis substituat pupillari ter proprio filio impuberi: Al pariente mas cercano suyo. Hoc casu non mater, quæ per substitutionem pupillarem censetur excludi; sed alius conjunctus proximior succedet, secundum opinionem Doctoris Gomez Bayo, in sua praxi, quest. 84. vide eum.

Item adde quòd substitutio pupillaris non admittitur ob non admittam tutelam, Gutierrez de tutelis, 1. parte, cap. 2. numero 15. Qui etiam in 2. parte, cap. 8. ex numero 6. probat quòd pupillus non debet educari apud pupillariter substitutum.

Item adde, an mater pupillariter substituta

quæ secundo nupit, teneatur reservare filiis prioris matrimonij acquisita ex substitutione? In quo Costa in cap. si pater, ver. *Consendum*, distinguit bona quæ pupillus habuit à patre, à bonis aliunde acquisitis; ut in primo casu bona reserventur filiis prioris matrimonij; in reliquis verò plena proprietates pertineat ad matrem: & cum sequitur Castillo de usufructu, cap. 2. numero 17. Rodericus Suarez, allegatione 2. ubi agit de matre substituta sub expressa conditione; Si secundas non contraxerit nuptias; per substitutionem pupillarem; & vide Fararium de substitutionibus, quest. 80. numer. 6. & Gratianum discipulat. 216. num. 19.

Item an in pupillari substitutione frater utrimque conjunctus præferatur; vide Covarruv. practic. 38. ex num. 2. Fachin. controvers. lib. 4. cap. 86.

Item an prælegata, & alia veniant; & comprehendantur in substitutione pupillari; vide Alvaradam de conjectur. ment. defuncti. lib. 2. cap. 2. §. 1. ex numero 7. Fararium de pupillari, quest. 155. latè & Stephanum Gratianum, discipulat. cap. 28. numer. 19. ubi quod etiam bona postea quaesita comprehendit; & Carcerium variarum, 1. part. cap. 1. numero 36. ubi quod ad substitutum pupillarem pertinent omnia bona pupilli; & etiam testatoris, quæ ad pupillum pervenerunt.



CAPUT V.

De substitutione Fideicommissaria.

SUMMARIA.

- 1 Substitutio fideicommissaria qualiter definiatur.
- 2 Hares gravatus potest sibi retinere quartam hereditatis vel quota, in qua est gravatus.
- 3 Hares rogatus, recusans adire, compellitur hereditatem adire, quo casu quartam non retinet.
- 4 Substitutio fideicommissaria fieri potest venientibus ab intestato, & quos effectus habeat.
- 5 Primus substitutus fideicommissarius, cui est hereditas restituta, etiam potest rogari, ut alteri restituat.
- 6 Si fideicommissarius vendat vel cedat jus suum alteri, an censurarius habeat remedium aliquod contra heredem.
- 7 An pro fideicommissio universalis competant illa tres actiones, quæ competunt pro legato.
- 8 Mortuo heredem gravato ante aditionem hereditatis, an substitutio fideicommissaria expiret.
- 9 Jus substituti sive fideicommissaria an transeat ad heredem.
- 10 Hares gravatus in diem vel sub conditione, an teneatur adveniente aie vel conditione, reddere rationem fideicommissario heredi.
- 11 Testator an possit prohibere ne detrahatur quarta Trebellianica.
- 12 Hares gravatus de restituenda hereditate, si non facit inventarium an perdat quartam Trebellianicam, sicut perdet quartam Falcidiam.
- 13 Restitutio hereditatis qualiter sit facienda ab heredem substituto fideicommissario.
- 14 Substitutus fideicommissarius, quod remedium habeat contra heredem gravatum pro rebus hereditariis.
- 15 An & quando fructus percepti per heredem gravatum veniant in restitutionem fideicommissi.
- 16 Si hares gravatur de restituendo post ejus mor-

tem, quicquid supererit ex hereditate, quid veniat in tali fideicommissio.

- 17 Hares gravatus, qui consequentis fuit bona pupilli ex iudicio defuncti, an teneatur ad ea restituenda fideicommissario substituto.
- 18 Hares gravatus an teneatur etiam restituere legatum, in quo fuit melioratus.
- 19 Hares gravatus an teneatur restituere partem hereditatis quam habuit virtute juris accrescendi.
- 20 Hares gravatus de restituenda hereditate coheredibus, an censetur gravatus utriter an proportionibus hereditariis.
- 21 Substitutio facta pluribus, an sit necesse, quod verificetur in omnibus, an vero sufficiat verificari in uno tantum.
- 22 Et casu, quo necesse sit in persona omnium verificari, an heredes gravati censentur inter se tacite substitui.
- 23 Quando presumatur substitutio fideicommissaria, licet a testatore non exprimat, latissime & modo sequenti.
- 24 Intelligitur text. in l. 3. C. de ineffic. test.
- 25 Si testator instituit filios masculinos universales heredes, & filia in certa re facta substitutione, ut si quis eorum sine liberi decesserit, pars ejus perveniat ad superventum, mortuo uno ex filiis universales instituitur, an filia admittatur ad ejus partem, simul cum aliis.
- 26 An substitutio fideicommissaria, alicui facta in tempore certa etatis si pura vel conditionalis.
- 27 Si testator gravaret heredem restituere hereditatem alteri cum velle, an videat substitutio.
- 28 Si testator reliquit alicui legatum vel fideicommissarium, quando perveniat legatarius ad legitimam atatem, quo tempore debeatur.
- 29 Jus patronatus quod defunctus habebat in aliqua Ecclesia, an transeat in substitutum fideicommissum an vere remaneat penes heredem.
- 30 Fideicommissarius, an gaudeat beneficio l. fin. C. de edict. Divi Adriani, tollent.
- 31 Si testator substituat aliquem copulativo, vulgariter & pupillariis & per fideicommissum, an fideicommissarius poterit eligere, ex qua substitutione admittatur.
- 32 Gravatus de restituendo hereditatem post ejus mortem, intelligitur gravatus sub aeterna conditione, si liberis non habuerit.
- 33 An hoc vendicat sibi locum, quando filius non fuit gravatus restituere alteri filio testatoris.
- 34 An prædicta habeant locum, quando Ecclesia fuit substituta, & quid si heres gravatus ingreariat monasterium.
- 35 An etiam quando heres institutus erat extraneus, vel de ascendentibus.
- 36 Quid quando filius gravatus habebat descendentes tempore testamenti, de quibus ipse testator noticiam habebat.
- 37 Si filius gravatus sit restituere qua habet ultra legitimam alteri in vita ipsius filii, an ipso casu subintelligatur ista facta conditio, si filii non sibi nascantur ante tempus restitutionis.
- 38 Si filius vel descendens si gravatus bona alteri restituere, si decedat sine filiis masculis, an admittatur filia femina, & substitutus excludatur.
- 39 Quid, si testator jubet filio restituere qua habet ultra legitimam nepoti, quem habet ex ipso filio, & postea filio alii filii nascantur.
- 40 An si filius gravatus decedat, cum filio naturali,

li, talis naturalis filius substitutum excludat.

- 41 Et quid, si filius gravatus habuit filios, qui statim mortui sunt.
- 42 Filio gravato sub conditione, si sine liberis decesserit, expressa vel tacita, an ejus liberi videantur vocati ex iudicio testatoris, vel dicantur patri substituti.
- 43 Quid autem si sales descendentes posui in conditione sint gravati aliquid dare vel facere.
- 44 An dispositio l. cum avus, ff. de condit. & demonst. cum similib. habeat locum in contractibus lucrativis.

Fideicommissaria substitutio quid sit.

ALIA est substitutio fideicommissaria per quam quis gravatur restituere hereditatem, vel partem quotativam alteri, & potest sic diffiniri: Fideicommissaria substitutio est quedam obliqua substitutio, seu substitutio totius hereditatis, vel partis quotativæ scilicet per heredem etiam invitum, per quam fideicommissarius efficitur heres effectus & utiliter: textus est in l. 1. & per totum, ff. ad Trebell. text. in l. 1. & per totum, eodem tit. text. in §. 1. & per totum. Inst. de fideicommissi. hered. text. in l. fin. tit. 5. 6. par. & in expresso istam diffinitionem ponit Guillem. in materia substitutionum, Alber. in rub. hujus tit. de vulgar. & pupill. per sol. vers. ex prædictis, pro cujus declaratione dico quod fideicommissaria & obliqua ideo dicitur, quia fideicommissarius non capit directè bona hereditaria sed de manu heredis instituti & gravati, ut in dictis juribus totius, vel partis quotativæ ideo dicitur, quia de re singulari vel particulari, non cogitur rogatus adire, nec restituere, nec habet locum dispositio Trebellianica, nec in aliquo differt à legato particulari. text. est in l. nam quod §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. text. in l. cogi. §. & generaliter, eod. tit. text. in l. mulier. §. fin. eod. tit. text. in leg. 2. C. com. de legat. per heredem etiam invitum ideo dicitur, quod invitus cogitur adire & restituere, ut in dictis juribus; nec obstat regula textus cum materia in l. nec emere, C. de jure delib. cum similib. quia ad commodum proprium quis non cogitur adire vel contrahere, sed ad commodum alterius, sicut in nostro casu, & materia: per quam fideicommissarius efficitur heres effectus, & utiliter, ideo dicitur, quia non potest effici heres directè, cum gravatus semel fuerit heres per aditionem, nec potest habere actiones directas activas, vel passivas, sed tantum utiles, ut in dictis juribus, & §. restituenda, Inst. de fideicom. her. quia duo, vel plures non possunt esse domini, vel heredes in solidum eodem jure, & tempore: ut in l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodati, & licet regulariter ex juris rigore & dispositione, debitor universalis vel particularis non possit à se excutere actiones passivas, & in alium transferre invitis creditoribus; ut in l. 2. C. de pati. & in leg. 1. de hered. vel act. ven. tamen in hoc casu & materia heres universalis gravatus de restituenda hereditate, & universalis effectus per aditionem potest à se actiones passivas excutere, & in fideicommissarium transferre, etiam invitis creditoribus, per restitutionem hereditatis, autoritate legis; & Senatufconsulti, ut probant prædicta jura, maxime text. in leg. 1. versicul. placuit, cujus verba sunt: Placuit ut actiones, quæ in heredem hereditatisque dari solent, eas nec in eos nec his dari, quibus fidei fuerat commissum, si uti rogati essent, restitissent, & ibi communiter Doctores, & reputat singulariter Jal. 1. col. 1.

num. 3. & eodem l. 2. col. num. 5. Pulchrum tamen dubium est, an dominium, quod transit in fideicommissarium, sit directum, vel tantum utile: & breviter respondeo, quod tantum est utile, per prædicta jura, & directum remanet penes heredem gravatum per aditionem; ita notat Jal. melius quàm alibi, in dict. l. 2. l. 5. 22. col. num. 15. ubi bene disputat. Et si quaras, quare ista substitutio non dicitur vulgaris, cum à quolibet, & cuilibet fieri possit; respondeo, quod ideo est, quia potuit sibi nomen imponi ab ipsa substantia & effectu ejus, id est à fide: quam dabit ille, quia erat gravatus hereditatem vel partem restituere, ut probant jura superius allegata, & probat etiam textus in final. C. de fideicommissi.

Et adde, quod talis hares gravatus poterit sibi retinere quartam partem hereditatis, vel quotæ, in qua est gravatus; duplici ratione, vel causa. Prima, quia non repudiet hereditatem, sed spe præmii, velit adire, & restituere. Secunda, ne tamen heredes directi, & actionem directam sit in vanum, text. est in l. 1. §. si hares, & §. denique, cum sim. ff. ad Trebell. text. in l. 1. & per totum, C. eod. tit. text. clarior, & expressus in §. sed quia heredes, & quasi per totam institutionem de fideicommissi. hered. text. in l. fin. tit. 5. 6. par. text. valde notabilis in l. fin. tit. 1. sexta part. quo casu omnes actiones, tam activæ, quàm passivæ, dividuntur inter ipsum heredem gravatum, & fideicommissarium, pro suis partibus, ut expressè disponunt prædicta jura superiora. Imò quod magis est, instantia cepta per defunctum super aliqua re hereditaria, transit ipso jure in ipsum fideicommissarium, text. est notabilis in dict. l. 1. §. sublata, ff. ad Trebell. & ibi notat Gloss. ordinaria Bartol. & communiter Doctores, quod intellige quando est accepta cum defuncto; secus verò si cum heredem, quia non transit sine cessione, text. est & ibi Bart. & communiter Doctores, in leg. Lucium, §. rogatus, ff. ad Trebell. text. in l. cum hereditas, la prima, eodem tit. & ibi communiter Doctores, text. in l. si hares pecuniam, eodem tit. idem adde, quod hares gravatus potest ante restitutionem agere, solutiones accipere, & compromittere lites, vel controversias in arbitros, & virtus & effectus compromissi activè vel passivè transit in fideicommissarium; text. est valde notabilis in l. cum hereditas, ff. ad Trebell. quem ad hoc notat & commendat Gloss. ordinaria Bart. Angel. & communiter Doctores; ibi, quod est verum, & procedit nedum in arbitros juris, sed etiam in arbitros arbitratores, secundum Angel. & imol. & licet de hoc Bart. dubitavit: nec obstat text. in l. preses, C. de transactio. quia procedit in procuratore, vel simplici administratore, secus in domino licet gravato restituere, ut in nostro casu secundum eos.

Item adde, quod si hares gravatus nolit adire & restituere hereditatem spontè, cogitur invitus adire & restituere: & hoc casu non potest detrahere quartam, text. est formalis & expressus in l. qui poterat, ff. ad Trebellian. text. in l. revulsare, eodem tit. text. in l. nam quod, §. qui compulsus, eodem tit. ubi pluri dicit, quod non potest penitere, etiam re integra, text. in l. ita tamen, §. qui suspellam, eod. tit. text. in l. non justam, C. eod. tit. text. in §. sed quia stipulationes, vers. fin. Inst. tit. de fideicommissi. text. in l. fin.

Pulchrum dubium

Ampl. h.

Heres gravatus quantum non possit detrahere quartam